



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Officium

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

pro Monasterij vtilitate. *Vide Syl. vers. Obses
num. 2.

Occultum, vide Manifestum.

Odium, vide Charitas.

OFFICIUM.

1. **O**fficium Reip. nisi vtiliori detur, seu digniori, quidam putant esse mortale, alij sufficere, si detur idoneo.

*Vide *Val. t. 3. d. 5. q. 7. p. 2. de accept. perso. in off. secul. Bannes q. 63. art. 2. prope finem* ait peccare contra iusticiam distributiua dignioribus non distribuentes: idem *Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 9.* si sint cum administratione coniuncta.

Idoneo } *Caiet. vers. Electio.*

2. Officia Reip. vendere, illicitum quidam aiunt, alij negant: certè non expedit, nec auisim probare: multa enim ex eo mala.

*Illicitum } *Adria. in 4.*

Negant } *Fu. V. officium D. Thom. Sor. & alij citati à Bannes l. c. vide Mol. d. 91. Salon q. 63. ar. 2. cōtr. 8. qui putat licere vendere officia, Arra. l. c.*

3. Potest princeps compellere subditum ad suscipiendum officium publicum. *Vide Thom. ep. 4. & 21.*

**D. Tho. ad Ducissam Brab. Fum. V. Officium. 1.*

4. Officialis, si habet stipendium sufficiens, non potest pro suo monasterio aliquid accipere,

pere, nisi fortè liberè donatum.

*Fum. Dominium n. 13. Vide Mol. d. 83. vbi fuse.

OLEVM.

1. Oleum non sacrum additum sacro fit sacrum, modo quantitas non sacri sit minor, vel certè non sit notabiliter maior.

Vide Sylu. verb. aqua benedicta. q. 3.

*Syl. Fum. V. Oleum paulatim, & in minori quantitate miscendum esse, ait. Corona. 4. de extr. vnct. nu. 7. non fieri benedictum ait, additum oleum, nisi adinuicem fiat identificatio, id est, nisi omnes minimæ partes se contingant. vide tex. & glos. c. Quod in dubijs, de consecr. eccles. vel alt.

2. Oleo Chrismatis potest æger de licentia Episcopi vngi. Vide Innoc. I. Epist. 1.

*Chrisma pro oleo adhiberi posse in extrema vnctione, colligi posse videtur ex c. Illud superfluum. d. 95. vbi tamen Gl. dicit chrisma, vel pro oleo accipi, vel chrismate Episcopum, oleo sacerdotem vti. Vide Scot. d. 23. q. 1. art. 3. ad 1. Bedam, Iansenium in c. 6. Marci. Bellar. c. 9. de ext. vnct. Val. locum Innocentij intelligit de oleo benedicto, cum chrisma, latè vocabulo accepto oleum, significet. videt. 4. d. 9. q. 1. p. 2. Baronius t. 1. 19. Petri anno, propè finem, locum explicat Innocentij: sed nihil de hac re.

Oleum, quo (Marc. 6.) Apostoli vngabant infirmos, ad morbos pellendos sacramenti

videt.